

D E

JURE ET OFFICIIS

IN USUM TIRONUM

LIBRI II.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA
D E
JURE ET OFFICIIS
IN USUM TIRONUM
LIBRI II.

AUCTORE
ANTONIO GENUENSI

In Regia Neapolitana Academia, olim
Ethices, nunc Economices P. P.

EDITIO ALTERA ELEGANTIOR

Duobus Tomis comprehensa.

T O M U S I.



NEAPOLI MDCCLXVII.

EX TYPOGRAPHIA SIMONIANA.

Superiorum Permissu.



Magnificus U. J. D. D. Bernardus Ambrosius in hac Regia Studiorum Universitate Professor, revideat & in scriptis referat. Datum Neapoli die 1. Februarii 1765.

NICOLAUS DE ROSA EPISCOPUS PUTEOL. CAP. MAJ.

S. R. M.

D*isciplinarum Meralium Elementa, seu Operis de Jure & officiis, & Sacra Majestatis jura, prout occasio sese dat, fortiter asserit, & adolescentum mores ad veram pietatem totius sapientiae, omnisque virtutis fontem docte, ac studiosè format. Aliud nempe expectandum non erat ab ejus Auctore undecumque doctissimo, cujus multa & præclara in Remp. Litterariam merita eo collimant omnia, ut omne genus homines purioribus exculsi disciplinis, quid Deo, quid Summis Potestatibus, quid sibi, quid aliis debetur, & apprime calleant, & diligenter præstent. Neapoli V. Idus Junias A. MDCCCLXV.*

Bernardus Ambrosius.

Die 17. mensis Augusti 1765. Neapoli.

Viso Rescripto Suae Regalis Majestatis sub die 10. currentis mensis, & anni, ac relatione U. J. D. D. Bernardi Ambrosii, de commissione Reverendi Regii Capellani Majoris ordine præfate Regalis Majestatis.

Regalis Camera Sanctæ Clare providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma præsentis supplicis libelli, ac approbationis dicti Revisoris. Verum in publicatione servetur Regia Pragmatica. Hoc suum.

GAETA.

DE FIORI.

Ill. Marchio Citus Praeses S.R.C. tempore subscriptionis impeditus.

Et ceteri Ill. Aula Praefecti tempore subscriptionis non interfuerunt.

Reg. fol. 121.

Carulli.

Athanasius.

DE JURE ET OFFICIIS

P R O Æ M I U M.

INTER sanctas animi mentisque disciplinas, quibus jam olim homines sumus, cœtuque juncti, nullas esse jucundiores neque utiliores, quam eas, quas Ethicas Græci, nostri Morales dixerunt, cum ipsum factum est per se manifestum, tum est a nobis sepe declaratum. Constant autem eæ partibus omnino duabus, quarum altera in naturæ humanæ cognitione versatur, eorumque jurium (νόμος) intelligentia, quæ hominum sunt propria; altera in dispectione dicitur, regulæ atque legis, quæ ad officia juribus naturæ humanæ consentanea informamur. De hominis natura satis dictum est in Metaphysicis. Verum sunt hic repetenda aliqua, carptim tamen; et de juribus, lege, officiisque, quod hujus scientiæ est proprium, præcipiendum.

Jus, (νόμος, quod in proprietate est, κτῆσις) est quidquid est proprium: tum auctoritas rebus propriis utendi fruendi, quæ libero nostri arbitrio permixta est, verum coercita lege mun-